

*cem & originem cedis, iram scilicet, in-
vidiam, odium & vindicta cupiditatem
odisse, atq; ea omnia pro cede ducere.*

QUÆST. 107. An verò id satis est, nemi-
nem, eo quo dictum est modo oc-
cidere?

RESP. *Non est satis: dum enim Deus iram, invidiam,
odium damnat: postulat, ut proximum
equè ac nos ipsos diligamus, & ut huma-
nitate, lenitate, mansuetudine, patientia
& misericordia erga eum utamur; quod-
que ei damno esse possit, quantum in no-
bis est, avertamus. Ad summam, ita
animo affecti simus, ut ne inimicis qui-
dem benefacere dubitemus.*

EXPLICATIONEM posterioris tabulæ Salvator
ipse nobis suppeditat Matth. 22, 39.
Brevius & clarius Matth. 7, 12.

Quarum regularum sensus intimus nõ apud
nos, sed in Dei verbo quærendus.

Hujus enim ductum tanquam Anadnæ
filium sequi nos unicè oportet.
Psal. 119, 105. ne imperatam Di-
lectionem & opera caritatis, in-
vetitis, sed sanctis operibus oc-
cupari sinamus.

Consistit autem Dilectio in eo, proximum ut
debito amore & honore prosequa-
mur: *interpretibus Petro 1, Epist. 2, 17.*

Paulo Rom. 12, 10.

& 13, 7.

Et